

NICOLAI VIGELII DE  
DREISA HESSORVM  
IVRISCONSULTI

DIGESTO-  
RVM  
PARS SECUNDAS:

De Iure quod in personis habe-  
mus, cum suis causis & actio-  
nibus.



BASILEAE, EX OFFICINA  
OPORINIANA.



# DIGESTORVM LIBER DE CIMVSQVARTVS:

## DE IVRE INTER MARITV OM & uxorem.

*Dispositis quæque publici sunt iuri, sequuntur nunc iura privata disponenda, pri-  
mum quidem ea que in personis, deinde que in rebus consistunt. Inter ea vero que in  
personis consistunt, primum locum obtinet matrimonium, seu iure maritum &  
uxorem: de quo in hoc & sequente Libro dicetur. Matrimonii autem iura iuxta or-  
dinem quatuor temporum proponemus, matrimonii scilicet contrahendendi, contracti,  
dissoluendi & dissolusi: quibus sub ieiunio ad finem huius Libri iura concubinatum.  
Plenæ iura dotis & antenuptialis donationis, que & ipsa matrimonii iura sunt, in Li-  
bro sequente separatim proponentur. Matrimonii igitur contrahendendi sunt  
iura sponsaliorum & nuptiarum contrahendarum,  
primo loco ponenda.*

## DE SPONSALIBVS.

Cap. I.

### I. DEFINITIO SPON- salariorum.



Eiusmodi proponitur L. ff. de sponsali-  
bus, his verbis: Spōsalia sunt, men-  
tio & reprobatio futuratum  
nuptiarum.

L. RATIO nominis proponitur  
L. cum lege sequente ff. eod. t. his verbis: Sponsalia  
dicta sunt à spondendo. nam moris fuit ue-  
teribus stipulari & spondere sibi uxores fu-  
turas. Vnde & sponsi sponsiæque appellatio-  
nata est.

### III. DE CAUSA SPONSALIO- rum, eiusque exceptio- nibus.

Consensu sponsalia contrahuntur, que regula appro-  
bat L. spous. ii. ff. de sponsalibus, his verbis: Spon-  
salia, sicut nuptiae, consensu conuahentium fi-  
unt: & ideo sicut nuptiis, ita sponsalibus si-  
lentiam familiæ consentire oportet. Huius regulæ,  
neon sponsaliorum exceptiones ha- sunt.

I. Exceptio: Nisi sponsalia contrahantur inter eos  
eis, qui que se nuptias contrahere prohibentur. que  
exceptio approbat L. si quis. c. ff. quamvis. ff. de rite  
nuptiarum, his verbis: Quamvis verbis oratio-  
nis cautum est, ne uxorem tutor pupillam  
suam ducat, tamen intelligentum est, ne de-  
sponderi quidem posse. Nam cum quan-  
tu[m] contrahi non possunt, haec plerunque  
ne desponderi quidem potest, n[on] quæ duci po-  
test, iure despondetur. Concordat L. iutor. ii. ff. de  
sponsalibus, his verbis: Tutor factam pupillam su-  
am nec ipse uxorem ducere, nec filio suo in  
matrimonio adiungere potest. Scias tamen,

quod de nuptijs tractamus, & ad sponsalia  
pertinere. Concordat L. oratio. ii. ff. eod. t. his verbis:  
Oratio imperatorum Antonini & Commo-  
di, que quasdam nuptias in persona senato-  
rum inhibebat, de sponsalibus nihil locura est:  
recte tamē dicitur, etiam sponsalia in his ca-  
sibus ipso iure nullius esse momenti, ut sup-  
plementum quod orationi dicitur. Sanè qui que se  
inter se nuptias contrahere prohibentur, dicitur f. in  
sequentibus. Propositæ exceptionis replicatio  
prima est in imparib[us]. Que proponitur & appro-  
bat L. sponsi. i. ff. de sponsalibus, his verbis: In spō-  
salibus contrahendis actas contrahentium  
definita non est, ut in matrimonij. Quapropter  
a primordio actatis sponsalia effici possunt,  
si modò id fieri ab utraque persona intelli-  
gatur id est, si non sint minoris quam se  
p[er] annorum. Concordat L. que fitum. 9. ff. eod. t.  
cum verbis paulò inferius. Altera prepositæ ex-  
ceptionis replicatio est in eo, qui sponsalia contrahit cū  
eis, que ex eis provincia, quam administrat, est oriunda.  
Que replicatio proponitur & approbat L. si quis. 3.  
in prim. ff. de rite nupt. his verbis: Si quis officium  
in aliqua provincia administrat, in de orium  
clam, uel ibi domicilium habentem uxorem  
ducere non potest, quantum sponsale non  
prohibeatur: ita scilicet, ut si post officium de-  
positum mulier nuptias contrahere nolue-  
rit, liceat ei hoc facere, atris tantum modò redi-  
diris, quas acceperat. Concordat L. iutor. iii. fine.  
c. si rexior provincie, &c. cuius verba vide f. que fit. 4.  
reg. i. except. i.

II. Exceptio: Nisi furius siue fiscos siue sponsalia con-  
trahat. Hec exceptio approbat similiter & distinguuntur  
L. iutor. 3. ff. de sponsalibus, his verbis: Furor qui siue spō-  
salibus impedimento sit, plus quam manife-  
stum est. Sed postea interveniens, sponsalia  
non infirmat.

III. Exceptio: Nisi inter absentes sponsalia contra-  
hantur.

a a 2